

DISSERTATIO ACADEMICA
FORMARUM ETYMOLOGICARUM
IN LINGUIS FENNICA ET ESTONICA
PARALLELISMUM
ILLUSTRATURA,

CUJUS
PARTICULAM PRIMAM
CONSENT. AMPL. FAC. PHILOS. AB.
PRAESIDE

GABRIELE PALANDER,
Philos. Theor. Prof. P. O.

PRO GRADU PHILOSOPHICO
P. P.

JOHANNES SAMUEL STENBÄCK,
Stip. publicus, Ostrobothniensis

In Audit. Medic. die XIX Junii MDCCCXIX.

b. a. m. s.

ABOÆ, Typis Frenckellianis.

DIESER TATTO ACCADEMICO
HOMINUM ET HISTORICARUM
IN LUGDUNIS LIBRARIÆ ET ESTOBIENSIS
PARVIFLITERIUM
ILLUSTRAVIT
GAIUS
ARTICULARIA PIMMA
GOMINI AMICUS ET FIDES VIT
TITANUS
GABRIELLE PALINDÆR
PROGRYDIA PHILOSOPHICO
P.
JOHANNES SAMUELE STEINKER
in Turin: Medicis. die XIX Junij MDCCCLXII
anno, Typis, Theatris, Accademia, et
Bibliotheca Universitatis



Quicunque ad cognoscendam penitus nativam lingua-
guæ cujusdam indolem haud proflus infelicibus se-
met adiplicuerit auspiciis, eum certe minime fngiet, mul-
tis maximisque sibi este obiectandum difficultatibus, vel
exinde oriundis, quod suum quæque lingua linguarumve
familia genium habeat peculiarem, earum impatientem
compedum, quibus eundem coercere amant Grammatico-
rum haud pauci, formulis in Grammatica linguaæ cujusdam
specialis, Græcæ nimirum l. Latialis, usitatis, ceterarum
quoque omnium linguarum subjiciendas esse præceptio-
nes temere opinati. Cujus erroris haud obscura occur-
runt vestigia in antiquioribus fere omnibus linguarum ho-
diedum vigentium e gr Gallicæ, Anglicæ & Teutonicæ
descriptionibus. Neque lærior erat vernaculæ nostræ Fen-
nicæ conditio, antequam VHAELII nostri acumen & indu-
stria in tuiorem, quamvis necdum satis exploratam nec
omnino emensam, nos duxisset viam eamque præulisse
facem, ex qua non nostræ modo, sed Lapponicæ etiam
opera Fiellströmii, Ganandi & Editorum novi Lexici Lap-
ponici Grammaticæ præclaram affulsiſſe lucem gaudemus:
qua tamen frui ad recentissima usque tempora immitti maxi-
me fato nescii remanserunt Estonicæ, Fennicam proxima
cognitione attingentis, linguaæ Grammatici. Hujus vero
iniquæ

A

iniquæ sortis videre nobis visi sumus præcipuam in eo si-
tam esse causam, quod, cum hodiernum Fennorum idi-
oma a corruptela adventiū cum exteris gentibus com-
mercii magis quam ceteræ eidem cognatae linguarum for-
mæ, (*Estonica* nempe & *Laponica* cet.), liberum & inte-
meratum conservaverit communis antiquæ matri genium,
adeo certe nondum senio confectum, ut qui intimorem
ejus, in nostratum lingua adhuc satis conspicui, familia-
ritatem sibi contraxerit, is certe vel in unica plagula Esto-
nicae scripta plus proficiat ad extricandam linguæ Estoni-
æ structuram etymologicam, quam qui densis stipatus vo-
luminibus, copiosissimam Estoniarum locutionum silvam
offerentibus, at neglectis Fennici sermonis subsidiis, Esto-
nicae seorsim elaborandæ Grammaticæ totum semet dicave-
rit; nemo tamen vel ex optimis hujus linguæ scriptori-
bus Grammaticis inventus sit, qui turpem & vix tolerabi-
lem, suo scilicet maxime inimicam consilio, Fennicæ non
proderet linguæ ignorantiam. Quorum præjudiciis ex Gram-
matica Latina in Estoniam traductis suffulta commenta-
tia, de Nominum sex casibus, ex quibus Dativum & Ablati-
vum duplicem admittere formam putant, promiscue ad-
hibitam, doctrina, nec leviores in formis verborum pro-
ponendis aberrationes, in quibus veram inesse comperui-
mus frequenter apud HUPELIUM recursantis de magna ipsi-
us linguæ irregularitate & pervicaci inconstancia querimo-
niæ rationem, senioribus facile concessuræ fuissent præce-
ptis locum, si hujusce, in propria iplorum residentis capita,
criminatiois auctores, perspecto suæ linguæ ad Fennicam
habitum, etymologiam Estonismi originitus Fennicis, quam-
vis contractis & mutilis contineri formis agnovissent, ide-
oque ad amussim regularum, ex linguæ utriusque paralle-
lismo exsurgentium, esse omnino describendam, demum
persentire didicisent. Quæ cum ita esse comparata intel-
lexeri-

lexerimus, haud ingratam cum patriæ tum Estonicæ linguae studiosis rem nos præstituros putavimus, si in illustrando formarum Etymologicarum in Linguis Fennica & Estonica parallelismo nostrum pericitaremur quantulumcumque virium modulum, primas hujusce operæ quasi ducendo lineas, nonnihil saltim materiæ & incitamenti eandem copiosius & accuratius persequendi atque perficiendi posterioribus præbituri.

§. I.

In ipso vero opellæ a nobis conficiendæ limine, quibus vel uti nobis contigerit, vel quæ de cetero nobis innotuerint, opes litterarias, utriusque cognitionem linguarum inter se conferendarum adjuvantes, partim indicasæ, partim, in quibus scriptis recensitas reperire ipsi possint Lectores, significasæ nostri esle instituti consilioque duximus.

In lingua Fennica:

Catalogum Grammaticorum & Lexicographorum hujusce linguae ad recentiora usque tempora confecta, cum typis impressa tum manuscripta, omnia fere simul opera recensem entem continet Dissertatio nostratis GUSTAVI RINN VALL. viri de promovenda vernaculi sermonis cognitione meritissimi, mox infra memoranda. Quem, minus quamvis accurate exscriptum (a, relegendi nuperrime nobis facta

A 2

(a) Cur Autoris, ex cuius Dissertatione suam depromisit longe maximam partem Litteraturæ Fennicæ nomenclaturam, reticuerit nomen Rosenplânter, augurari vix possum. Neque minus videbitur mirum, eidem vero detraictam esse Autori alteram, tempore priorem, Dissertationem de Orthoëpia & Orthographia lingue Fennicæ, nec non Benj.

facta est copia in: *Beyträge zur genauern kenntniß der
elßtnischen Sprache, herausgegeben von Ioh. Heinr. ROSEN-
PLÄNTER, Zebnt. Heft. pagg. 20 seqq. Pernau 1818. 8.*

HENRIC GABR. POTHEAN, *Viri memoriarum pectori cuiusvis
vere Fennico dulcissimæ nec unquam interituræ, Disserta-
tio de Poësi Fennica V. constans particulis, Aboæ annis
1766, 1768 & 1778 editis, nec tamen, quod merito do-
lemus, ad finem perducta: cujus in Catalogo Renvalliano
mentionem desideravimus.*

Benj. Frostero (ei nimirum Universitatis nostræ Alumno, qui po-
stea A. 1815 in Particula i *Diss. de signis relationum nominalium
in Lingua Fennica* Academico more ventilanda Respondentis egit
partes) falso adscriptam. Restat denique & illud ejusdem Rosen-
plänter præcipitantiæ in judicando, minime certe albo notandum cal-
culo, documentum, quod, non satis tuta, ADELUNGIO habita fide
deceptus, sibi saltim grave visum nostro RENVALL objiciat igno-
rantie erimen, hisce utens verbis: "Auffallend ist es, dass der Verf.
derselben (Dissertation) die in Adelungs Mithridat angeführten
Grammatiken: Grammatica linguae Fennicae Hofm. 1689 und An-
visning till Finska och Svenska Språket, Stockh. 1772 und 1781,
8 nicht zu kennen scheint". Est enim Grammatica illa, in opere
Adelungiano Zweyt. Th. p. 756 ad Auctorem M. Martinium rela-
ta, idem omnino liber ac Ejusd. Hodegus Fennicus, eodem scilicet lo-
co & anno editus, sed dupli sub Titulo ad notitiam Adelungii,
uti fas est conjectari, commendatus. Neque alter hicce libellus: An-
visning, et, dictus, idemque ab Adelungio in præcipuis quoque
positus, quicquam continet, præter Syllogen Locutionum Svecana-
rum de verbo in verbum Fennice redditarum, quarum homini Sve-
thico per regiones Fennicas iter facturo, inter colloquendum cum
incolis, vel in via vel in diversoriis, frequentior maximeque neces-
sarius recurrat usus; ideoque vix tanti erat habendus, ut inter sub-
dia linguae Fenniae naturam illustrantia locum obtineret,

(b) Cujus

GUSTAVI RENVALL *Dissertatio de Orthoëpia & Orthogra-*
pbia linguae Fennicæ. Parte III. Aboæ 1810 & 1811. in
recensione Rosenplânteriana Benj. Frostero falso adscripta.

Ejusd. *Dissertatio de signis relationum nominalium in*
Lingua Fennica, VIII comprehensum particuli Academico
more ventilatis Aboœ annis 1815, 1816, & 1817; opusculum
longe ornatisimum & ad illustrandam linguæ nostratium
indelem palmatum. Huic, in notula 3 pagg. 6-9 sub-
jecta, adpositus est ille, cuius nuper iterum injecimus men-
tionem, Catalogus

JOH. STRAHLmann *Finnische Sprachlehre für Finnen und*
Nicht-Finnen. St. Petersburg 1818. 8.

JAC. JUDÉNS b) *Försök till utredande af Finska Språ-
kets Grammatik.* Wiborg 1818. 8.

ABRAH. POPPII *De reciproca Conjugationum forma in*
*Lingua Fennica Dissertatio, Partic. Prior Præside OL. KOL-
MODIN Upsaliæ 1818 ventilata.*

CAROL. AXEL. GOTTLUND *De Proverbiis Fennicis Diss.*
Pars prima Præf. JOH. TRANÉR Upps. 1818 edita.

REGINALDI VON BECKER *Recensio operis Strahlmanni-
ani nuper citati, Ephemeridibus Aboënsibus, quibus Mnem-
osynes*

(b) Cujus ferventissimo in Musas vernaculae affectui magnam præterea
deberi lucubrationum haud contèmendarum copiam, partim ad ex-
tricandam peculiarem sermonis patrii indelem spectantium, partim
ad docendos delestantosve populares Fennica oratione, vel ligata
vel soluta, compositarum, minime est reticendum. Quarum comple-
tum videbis indicem in *Bihang till Mnemosyne N:o 2 Febr. 1819.*

mosynes impositum nomen, inde ab initio hujusce anni editis, inserta sub N:ris 3. 4. 6, 8, 18, 19, 24, 33. 38. & 39; in cuius fine censuræ novam ipse eruditio orbi pollicetur Grammaticam Fennicam, ante exitum currentis anni typis mandandam.

GUSTAVI RENVALL *Försök till Finsk Prosodi*, opella manuscripta, Viris ab Augustissimo Imperatore ad reformatos codices Psalmorum per Patriam usitatos, tam Fennicum quam Svecanum, delectis oblatum, cujus duo fragmenta: unum *Något om Sråket uti Finska Psalmboken*, alteram *Om Rimslutet i Finsk Vers* typis seorsim impressa legas in Mnemolyne N:ris 16 & 17. Ceteros quoque trattatiunculae articulos, serie haud interrupta cohærentes, propediem excusos habebimus in iisdem Ephemeridibus. N:ris jamjam editis 42 & 43 & qui sequentur, comprehendendos.

Denique est significandum, dulci nosmet Fennones moveri desiderio & exspectatione *Lexici Fennico Latini*, in quo elaborando eundem Nostrum esse egregie assiduum novimus, benefica adjutum liberalitate Illustrissimi Excellentissimique Comitis, NICOLAI PETRIDÆ RUMANZOFF, qui nobilissimi sui est in sublevandas bonas artes & omnes universæ humanitatis necessitates, animi affectus, impendendas operi diu desideratissimo, sicubi illud consummari contigerit, typis excudendo pecuniarias opes ex promisso concesfuri.

Scripta, vel linguæ nostratium cum ceteris Fennicæ stirpis, Lapponicæ, Hungaricæ cet. affinitatem illustrantia, vel in popularem usum Fennice consignata, ne ultra instituti nostri cancellos evagaremur, prætermittenda putavimus.

In

In lingua Estonica:

HENR. GÖSEKENII *Manuductio ad linguam Oestonicam.*
Reval 1660, 8:o.

JOH. HORNUNG *Grammatica Estonica ad Dialectum Re-*
valensem, Riga 1. a 8:o.

AUG. WILH. HUPEL *Ebstnische Spracblebre für beyde*
Hauptdialekte, den revalischen und den dörptischen; nebst ei-
nem vollständigen Wörterbucb. Riga u. Leipzig. 1780 4:o.

Meie Issanda Jesusse Kristusse Wasne Testament (Nov.
Test. ad dialectum Dorpatensem) Mitau 1815, 8:o.

Meie Issanda Jesusse Kristusse Was Testament ehk Ue
Seiddusse Ramat (Nov. Test ad dialectum Revaliensem)
Reval 1816, 8:o.

A. F. J. KNÜPFFER *Bemerkungen über die Declinations-*
und Casusformen der Ebstnischen Sprache copella inter ar-
tissimos unius, & quantulum excurrit, plagulæ linites, acu-
tissimas conucldens observationes, easdemque minime in-
vitatis, reformandæ sine mora Grammaticæ Estonicæ præ-
nuntias). Reval 4:o.

Beyträge zur genauern Kenntniß der ebstnischen Spra-
che, herausgegeben von JOH. HENR. ROSENPLÜNTER; Cujus
quidem operis nobis tantum contigit X & XII oculis u-
surpare fasciculos, Pern. 1818 in 8:o, excusos.

Præter paucissimos hosce, quorum nobis facta est co-
pia adeundi, plurium qui rescire cupiat Estonice studien-
di nomina fontium, consulat multipli doctrina refertissi-
mum

num opus, quod inscribitur: *Mithridates oder allgemeine Sprachkunde von JOHAN CHRISTOPH. ADELUNG, fortgesetzt von JOHAN SEVERIN VATER.* Zweyt. Th. pagg. 765 & 766 Berl. 1809. 8:o.

§ 2.

Parallelismum Etymologiae Fennicæ & Estonicæ instituere meditantibus nonnihil fases sivit negotii haud levissima illa de partibus orationis etymologicis questio, a Grammaticis & Lexicographis cum nostris tum Estonicis mirum in modum implicata. Quorum hi Svecanæ, illi Teutonicæ, utrique latinæ genio linguae adsueta, harumque imitationi plus justo concedentes, non modo in ore popularium suorum Fennice vel Estonice loquentium, vocabula singularia singulis fere exterorum vocibus, sub communis particularum appellatione comprehendi & in diversas classes, *Adverbiorum* puta, *Præpositionum*, *Conjunctionum* & *Interjectionum*, dispisci solitis, respondentia deprehendere sibi visi sunt, sed eadem etiam, utut disuadentibus rationibus etymologicis, ex tenore ejusdem dispettiendi schematismi, ordinanda, aut, si quod sentio dicam, disturbanda putarunt. "Sic VHÆL" (verbis utor nostri REN-VALL, qui præcipua hujuscem questionis momenta, Fennicam quod attinet linguam, primus nostratum acu tetigisse egregie acuto merito est censendus,) sanus alias & linguae nostræ optime gnarus arbiter, vestigia premens PETREI & MARTINII, XXI voces selegit, quas, quoniam loco Præpositionum Svecanarum a nostratis interdum adhibitas observaverit, similitudinis causa Præpositiones, vel propter situm earum solitum *Pstpositiones* potius appellandas censuit: quibusque recentiores plures addiderunt ejusdem generis voces." (c) Sic idem quoque Grammaticæ Fennicæ

(c) *Diss. de signis relationum nominalium in lingua Fennica* pag. 47.